ei⁹ manu sagittā ꝓplapsam in pedē ei⁹ incidisse: ꝓ q̄ re Juppit ei⁹ miserr⁹ iter sidera cū cōstituit cū hostia quā supra arā tenēs imola re videt. hūc alii Phonon eē cētaurū dixerūt: eūqz auspicio prę/ ter cęteros plurimū valere. Jtaqz ad aram cum hostia venire Jo/ uis voluntate figuratur.

ARa i hac primū dij existimant sacra ꝛ cōiurationē fecisse: cū Tytanas oppugnare conarent. eā autē cy/ clopas fecisse: ab ea cōsuetudine homines dicunt instituisse sibi: vt cū aliquā rem efficere cogitarent: prius sacrificarent q̄ agere coepissent.

HJdra in qua Corv⁹ insidere ꝛ crater posit⁹ existimat de qua hāc habem⁹ memorię ꝓditā causam Corv⁹ apollinis tutela vsus eo sacrificāte missus a fonte a/ quā purā petitū: vidit arbores cōplures ficorū ima turas: eas expectās dū matureſcerēt: in arbore q̄dā earū cōsedit. Jtaqz post aliquot dies coctis ficib⁹ ꝛ a corno pluri bus earū comesis: expectans apollo corvū vidit cū cratere pleno volare festinātē. ꝑ quo adminisso ei⁹ dicit q̄ diu morat⁹ sit apollinē qui coact⁹ mora corui: alia aqua ē vsus: hac ignominia eū affecisse: vt q̄diu fic⁹ coqucrēt corv⁹ bibere nō posset ideo qō gutt habeat ptusum illis dieb⁹. Jtaqz cū vellet significare sitim corui: iter side ra cōstituit craterā ꝛ supposuit hydrā quę corvū sitientē morareť. Videt enī rostro caudā eius extremāverberare vt tāq̄ nō sinat se ad craterā trāsire ¶ Histri⁹ autē ꝛ cōplures dixerūt Coronida phle gie filiā fuisse. hanc autē ex apolline ęsculapium procreasse. Sed postea Scyn calci filium cum ea concubuisse: quod cum videret corvus apollini nunciasse: qui cum fuerit antea candidus pro in/ commodo nuncio euz nigrum fecisse ꝛ Scin sagittis confixisse ¶ De Cratera autem hanc historiam Philarchus scribit Jn cherso/ nense quę confinis ē. Troię vbi Protheſilai sepulchrum statutum complures dixerunt vrbs flaguſa nomie dicitur in qua demiphon

quidam cum regnaret: incidit eorum finibus repentina vastitas: ꝛ
ciuium intermitio miranda: quare demiphonta permotum ferunt
misisse ad apollinis oraculū: remediū querens vastitatis. respon/
so autē dato: ut quotannis vna de nobiliū genere virgo dijs pe/
natibus corū immolaretur: Demiphon autem omniū filias prę/
ter suas sorte ductas interficiebat: vsqꝫ dum cuidam ciuiū loco no
bilissimo eorum nato: perdoluit incęptū Demiphontis: qui nega
re cępit de sua filia se passurū sortiri: nisi eodem regis filię conicc/
tę essent: quo facto rex permotus: illius filiā sine sorte ductam in/
terfecit. quod Matusius nomine: virginis pater: instanti tempo/
re simulauit se patrię causa non ferre egre factū: potuisset enī po/
stea sorte ducta nihilominus interficere: quod paulatim dies regi
in obliuionē perduxit. Itaqꝫ cum se prope amicissimuꝫ regi pater
virginis ostendisset: solēne sacrificium se habere dixit: eumqꝫ ꝛ fi/
lias eius ad id conficiendū inuitauit: qui nihil aliter futurū suspi/
catus: filias ante misit: vt ipse occupatus i re ciuili postea veniret
quod cū exoptanti Matusio accidisset: filias eius interfecit ꝛ san
guinē earū cum vino i cratere mixtū aduenienti regi pro potione
dari iussit: qui cum filias desideraret: ꝛ quid his factum esset rescis
set Matusiuꝫ cū cratere in mari proijci iussit. quo facto mare quo
ille proiectus est memorię causa Matusiū vocatuꝫ: portus autē
adhuc crater dicitur: quem antiqui astrologi stellis deformauerūt
ut homines meminissent: maleficiuꝫ neminē temere lucrari posse:
neqꝫ obliuionē inimiciciarū fieri solere. ¶ Nōnulli cum eratosthe
ne dicunt: eū cratera esse quo Icarus sit vsus. cū hominibus osten
deret vinum. Alij autem dolium esse quo mars ab otho ꝛ epby/
alte sit coniectus.

Piscis qui Notius appellatur. hic videtur ore aquā
excipere a signo aquario: qui laborantem quondam
Isin seruasse existimatur. pro q^no beneficio simula
crum piscis ꝛ eius filiorum: de quibus ante dixim⁹

inter astra cõstituit. Itaqꝫ syri cõplures pisces nõ esirant: ꝛ eorũ st mulacra aurata ꝑ viis penatib⁹ colunt. De hoc ꝛ hesyas scribit.

Reliquũ est nobis de stellis quinqꝫ quas complures vt erraticas: ita planetas greci vagos dixerũt. Vna quarũ est Iouis nomine Phaeton quem Eraclides põticus ait quo tempore prometheus homines finxerit: hũc pulchritudine corporis reliquis prestantem fecisse. cũqꝫ supprimere cogitaret vt certũ redderet cupidinem Ioui nunciasse: quo facto missum mercuriũ ad phaetõta persuasisse vt ad Iouẽ veniret ꝛ imortalis fieret. Itaqꝫ eũ inter astra collocatũ. ¶ Secũda stella dicit̃ sol' quã alij saturni dixerũt hãc Eratosthenes a solis filio Phaetontã appellatã dicit: de quo plures scripserũt. vt patris insciẽt curru vect⁹ incẽderit terras quo facto ab Ioue fulmine pcussum in Eridanũ deijecerit: ꝛ a sole inter sidera sit perlat⁹. ¶ Tertia ẽ stella Martis quã alij herculis dixerũt Veneris sequẽs stellã. hac eratosthenes ait de causa ꝙ Vulcanus cũ vxorẽ venerẽ duxisset ꝛ ꝑpter eius obseruantiã Marti copia non fieret vt nihil aliud assequi videret̃ nisi sua stella veneris sid⁹ persequi a venere impetrauit: Itaqꝫ cũ vehementer eũ amore incenderet significãs e facto stellã hyperiona appellauit ¶ Quarta stella ẽ Veneris Lucifer nomine quã nonnulli Iunonis esse dixerũt. hũc eundẽ hesperũ appellari multis traditũ est historijs. hic autẽ omnium siderũ maximus esse vidẽt. Nonnulli antẽ hunc Aurorę ꝛ Cephali filiũ esse dixerũt pulchritudine multis prẽstantẽ. ex qua re etiã cuꝫ venere dicit̃ certasse vt etiam Eratosthenes dicit: eũ hac de causa veneris appellari: exoriente sole ꝛ occidente videri: quare vt ante diximꝰ iure hũc ꝛ luciferũ ꝛ hesperũ nominatũ. ¶ Quinta stella est Mercurij nomine Stilbon: sed hęc ẽ brẽuis ꝛ clara. hęt autem Mercurio data existimat̃ ꝙ primus menses instituerit ꝛ prẽuiderit siderũ cursus: Euhemer⁹ autẽ primam ait venerẽ astra constituisse ꝛ mercurio demonstrasse.

Preterea ostendit Circulus q̃dã in siderib⁹ candido colore: quẽ Lacteũ esse nõnulli dixerũt. Eratosthenes aũt Mercurio dicit infanti puero insciá Junonẽ dedisse lac: sed postq̃ rescierit eũ maiẽ filiũ esse reijcisse eũ a se: Ita lactis ꝓfusi splendorem iter sidera apparẽ. ¶ Alij dixerũt dormiẽti Junoni herculẽ suppositũ ꝛ exꝓrectã ei qõ supra dixim⁹ feciſſe. Alij autẽ herculẽ ꝓpter nimiã auiditatẽ multitudinẽ lactis appetisse neqz in ore continere potuisse: ꝙ ex ore eius ꝓfusũ circulũ signasse. ¶ Alij dicunt quo tempore Ops saturno lapidẽ ꝓ partu attulit: vississe ei lac prẽbere: quẽ cũ pressisset mammã ꝓfuso lacte circulũ deformatũ: quẽ supra demõstrauim⁹. Nos aũt omniũ corporũ deformationẽ dicere istituim⁹:

Clariſſimi viri Jginij deſcriptionũ formaꝝ cęleſtiũ Aſtronomicon.

SItus incipiẽs A polo Boreo pro/tinus dicere: quo vtręqꝫ arctoi nixę vehuntur arctico circulo clauſę: ꝛ ita collocatę vt alterius vna quęqꝫ ea/rum reſupinata caput: alteriꝰ tege/re videatur: ita tamen ut caput eius quę ſuperior fuerit ad caudam infe/rioris cõtẽdat. Harũ maior in extre/mo circulo pedes habꝫ fixos. Prę terea habet in capite ſtellas ſeptẽ: omnes obſcuras. in vtriſqꝫ auribus binas. Jn humęro claram vnam. in pede de poſterioribus nouiſ/ſimo duas. Jn ſummo interſcapilio vnam. Jn crure de poſterio/ribus primo vnam. Jn pede priore duas. Jn cauda ipſa tris. Jta totius ſideris ſtelle ſunt omnino. xxj. Minor autem habet in ſtati onis vno quoqꝫ loco ſtellas ſingulas clare lucentes ꝛ ſuper caudã tris: omnino ſeptem. Sed in prioribus caudę ſtellis vna a qua po lus appellatur. ut. Eratoſthenes dicit. per quem locum ipſe mũdus exiſtimatur verſari. Reliquę autẽ duę χορευταί dicuntur: qꝛ cir/cum polum verſantur.

DRaco inter duas Arctos collocatus videtur corporis ſinu facto arcton minorẽ ita concludere: vt pene pe/des eius tangere videatur: cauda autem flexa caput maioris attingere: ſuo capite tã cꝫ reducto: circulꝫ arcticum attingens: corpus vt in ſphęram complica ri: ꝛ ſi quis diligentius attenderit: videre poterit caput draconis ad maioris vrſę regionẽ caudę collocari. Hic habet i vtroqꝫ tem/pore ſtellas ſingulas. Jn oculis ſingulas. Jn mento vnam: ꝛ toto corpore reliquo paſſim claras decẽ: ita vt omnino ſit ſtellaꝝ .xv.

ARctophilax huius manū ſiniſtrā circulus arcticus includit: ita vt neqz occidere neqz exoriri videaī. Ipſe enī poſitus ab arctico circulo ad ęſtiuū defini tur inclinatus in longitudinē. dextro pede ęſtiuo cir culo nixus. huius humeros z pectus a reliquo cor/ pore diuidit circulus: qui per vtroſqz polos tranſiens tangit arie/ tem z chelas: hic quidē cum tauro z geminis z cancro z leone oc/ cidit: ideo ſero occidere dicīt: qz magis erectus a pedibus pertie/ nit ad terram. At exoriens citius q̄z chelę videt. habet autem in ſi niſtra manu ſtellas quatuor: quę numq̄ occidere videnī. In capi/

te ſtellam vnã. In vtroq3 humero ſiñgulas. In vtraq3 mãma ſin/
gulas. ſed clariorẽ dextrã: z ſub ea alterã obſcurã: z i cubito dextro
clarã vnã. In zona vnã clarĩ⁹ cęteris lucentẽ. hec ſtella arctur⁹ ap/
pellaf. In vtriſq3 pedib⁹ ſingulas: quę oio ſunt quatuordecim.

Boetes

Corona humero ſiniſtro prope contingere arctophi
lax videf: quę ante engonaſin dextri pedis calce cõ/
iungit. hęc cancro z leone exoriẽte occidere: cũ ſcor/

pione exoriri pſpicitur. Habet aũt ſtellas nouem in rotundo diſ/
poſitas. ſꝫ ex his tres clarius ceteris lucentes.

Corona

Engonaſin. hic poſitus inter duos circulos arcticum
& eſtiuum: vriſqꝫ pedibus & dextro genu quem an/
te diximus arcticũ circulũ finit. Ita tamen vt dextro
pede prioribus digitis circulũ tenninet: ſiniſtro aũt
toto caput draconis opprimere conet humeris autẽ
velut ſuſtinẽs circulũ eſtiuũ & manu dextra proiecta tangẽs. Le/
na aũt e regione ad ſiniſtrũ genu porrigẽs equali interuallo circu
li eſtiui & genu ſiniſtri. hic occidens capite prius ꝙ reliquo cor/

pore venenit ad terram: qui cum totus occidit vt pendere pedibus ex arctico circulo videatur. Exoriẽs ante pedibus ꝙ reliquis mẽbris. Habet autem in capite stellã vnam. In sinistro brachio vnã: In vtroq3 humero singulas clare lucentes. In manu sinistra vnã. In dextro cubito vnam. In vtroq3 latere singulas: sed clariorem in sinistro. In dextro femore duas. In genu vnam. In poplite vnam. In crure duas. In pede vnam quę vocitur clara. In sinistra manu quattuor. quas pellẽ leonis nõnulli esse dixerunt. Ita sunt omnino decem ⁊ nouem:

Hercules

Lyra: hęc posita est contra regionē: eius loci qui ē in/ ter genu ꝛ manū sinistram eius: qui engonasin voca tur: cuius ipsa testudo spectat ad arcticū circulū. Sū mum autē cacumen ad polū notium contendere vi/ detur. Hęc lyra virgine exoriente occidere videť: ꝛ cū sagictario exoriri perspicitur. Habet autē in ipsis testudinis late/ rib⁹ singulas stellas. In summis cacuminib⁹ eorū quę in testudi/ ne vt brachia sunt coniecta singulas. In medijs ijsdem quas hu meros Eratosthenes fingit singulas. In scapulis ipsius testudi/ nis duas. In ima lyrę quę vt basis totius videtur vnam: ꝛ ita o/ mnino sunt nouem.

Lor. huius vna ala est ad circunductionem huius cir
culi: qui arcticos vocat:contingens extremum pe/
dem sinistrū eius:qui engonasin vocat. Sinistrā aūt
habet alam paululū extra circulum ęstiuū pene con/
iungēs pedib⁹ pegasi:ęstiuus āt circulus rostrū eius
a reliquo corpore diuidit:Lauda iungit extrema cū capite cephei.
hic cum virgine z chęlis occidens: prius capite q̄ reliquis mem/
bris deuenit ad terram: exoritur autē cum capricorno. hic habet
in capite stellam clare lucentē vnam. In collo alteram pari fulgore
In vtrisq; pēnis quinas Supra caudā vnā. oio habet stellas. xiij.

Lyrus

Cepheꝰ a tergo minoris arcti ꝓstitutꝰ includit arctico circulo a pedibꝰ ad pectꝰ: vt ꝑter hũeros ⁊ caput eiꝰ nihil occidere videaꝫ: nec lõge abest a flexu draconis quẽ capite primũ efficere videt. cepheꝰ aũt manibꝰ vtrisq; ꝓiectis figuraꝫ tãto dissidet iteruallo a pedibꝰ arcti minoris q̃tũ spatiũ iter pedes cephei videt. huiꝰ caput scorpione exorto occidere: cũ sagictario exoriri videt. hic aũt habet in capite stellas duas. In manu dextera vnã. In cubito obscurã vnã In sinistra manu ⁊ in hũero singulas. In dextero hũero vnã. In zona quę mediũ eiꝰ diuidit corpꝰ tres stellę clare videnꝫ. In latere dextro obscurã vnã. In sinistro genu duas. In vtrisq; pedibus singulę. Supra pedes stellę. iiij. hic totꝰ oĩo stellarũ numerꝰ. xix.

Cepheus

Cassiopeia sedēs in siliquastro collocata ē. cui⁹ sedi/
lis ⁊ ipsi⁹ cassiopeię pedes positi in ipsa circūductio
ne circuli qui arcticos vocaī. effigies autē corpis ad
ęstimū circulū peruenit :quē capite ⁊ dextera manu
tangit. hāc ppe mediū diuidit circul⁹is lacteus ap
pellaī ꝓxime cephei signū collocatū. hęc occidens cū scorpione ca
pite: cū sedili resupino ferri ꝓspiciī. Exoriri aūt cū sagictario. hui⁹
i capite stella ostēdiī vna. In vtroq3 humero vna. In mamilla de
xtra clara vna. In lūbis magna vna. In siniſtro femore duas. In
genu vna. In pede ipsi⁹ dextro. j. In q̄drato quo sella doſzmaī. j.
In vtriſq3 singulę clari⁹ ceteris lucētes. hęc ꝓgiī ē oio stellaꝝ. xiij.



Andromeda ꝑpe cassiopeiã supra caput persei bꝛeui
iteruallo dissidẽte ꝓspiciẽ collocata: manib⁹ diuersis
vincta vt antiquis hist oꝛijs ẽ traditũ: cui⁹ caput eq̃
pegasi vẽtri coniungiẽ. Eadẽ enĩ stella vt vmbilicus
pegasi z andromedę caput appellaẽ. Hui⁹ medium
pect⁹ z manũ siniſtrã circul⁹ estiuus diuidit. Occidit autẽ cũ pisce
de duobus secũdo: quẽ andromedę subiectũ bꝛachio supꝛa dixi/
mus. Exoꝛiẽte libꝛa z scoꝛpione capite pꝛiusq̃ reliquo coꝛpe pue/
nit ad terrã. Exoꝛiẽ autẽ cũ piscib⁹ z ariete. Hęc vt supra diximus
habet ĩ capite stellã clare lucentẽ vnã. In vtroqz humero vnã. In
cubito dextro vnã. In ipsa manu vnam: In siniſtro cubito vel in

brachio vnam. In manu alterã. In zonã tres. Sub zonã quattuor In vtroq3 genu vnam. In pedibus autem binas. Ita omnino est stellarum numerus. xx.

PErseus huius sinistrũ crus ꝙ humerũ leuũ: cirulus estiuus a reliquo corpore diuidit. Ipse manu dextra arcticũ circulũ tangit: dextro pede caput aurige p̃/mere velut currens videt̃. Idẽ occidens sagictario ꝙ capricorno exorto inclinat ad caput versus: cũ ariete ꝙ tauro rectus exorit̃. habet ãt i vtroq3 hũero stellã vnã. In manu dextra clare lucentẽ vnam qua falcẽ tenere dicit̃: quo telo Gorgonã

Perseus

interfecit. In siniſtra alteram qua caput gorgonis tenere existima
tur. Habet pręterea in ventre stellā vnam. In lumbis alterā: in de
xtro femore vnā Ad genu in tibia vnā. In pede vnam obscuram.
In siniſtro femore vnam. In genu alterā. In tibia duas. In sini/
stra manu quod gorgonis caput vocaī stellas quatuor. omnino ē
stellarū numerus decē z septē. Caput eius z falx sine sideribus ap
parent. Hunc Aratus cū diceret inter sidera cyconis menon figu/
ratum: acceperunt complures cum puluerulentum dicere: quod
minime conuenit posse inter sidera etiam puluerulentū accpere.
Quod si esset: dignior erat orion cui idem ascriberetur: Pri- am
q assidue est venatus z semper in terra fuit. Deinque adhuc in/
ter sidera venari videtur. Perseus autem qui assidue volabat: non
potest pulucrē habere. Quid igitur est cum vellet aratus eum cur
rentem obscure significare: vsus ętholorum consuetudine cęconis
menon dixit: ętholi enim cum volunt aliquē occurrere significa/
re ceconisse dicunt id: Quod aratus voluit demonstrare: non vt
illum volantē assiduc puluerulentū dicat. Quod a multis perperā
est intellectū.

Heniochus antē circulo ęstiuo genuū fine pręterea hu
mero siniſtro vsq; ad zonā diuidiī ab eo: quem su/
pra lacteum orbem diximus. Huius dexter pes tau/
ri cornu siniſtro stella coniungiī: idest vna manu vt
lora tenens figuratur. Cuius in humero siniſtro ca/
pra. Ī manu antē duo. hędi stęllis formati dicunī. Totus autem
pedibus persei subiectus: caput habens contra vrsę maioris aspe/
ctum. Hic occidere sagictarij z capricorni exortu videī. Exoriri au/
tem ophiulco z engonasi occidente. Habet pręterea stellam vnam
in capite. In vtroq; humero vnam. sed in siniſtro clariorem quę
vocatur capra. In vtroq; cubito vnam. In manu duas quę hędi
appellantur stęllis prope occidentibus formati. Ita omnino sunt
numero septem.

Auriga

Ophiulcus inclinatus a capite: vt qui resupinari vi/
detur manib⁹ anguē tenere figurat⁹ est. Huius au/
tē humeri ab estiuo circulo diuidunt a reliquo cor/
pore Ipse genuū fine ab eq̄noctiali terminat circu/
lo: Pede sinistro premens oculos: dextro autē testu
dini scorpioni innix⁹ Anguis autē qui ab eo tenet prope extremo
re coronā contingens mediū precingit ophiulcum: a cauda bre/
uior q̄ superiore corpore qua man⁹ sinistra ipsius signi figuratur.
ita tamen vt extrema cauda circulū equinoctialē cum aquile cauda
iungat. Occidens autem exortu geminorū cancri z leonis perue/

nit ad terrā. Exoriens autē cū scorpione z sagictario apparet. hic habet i capite stellā vnā. In vtroqz hūero singulas. In sinistra manu tres. In dextra manu. iiij. In lūbis. ij. In vtroqz genu sin/gulas. In dextro crure vnā. In vtroqz pede singulas. sz clariorē in dextro. Itaqz ē oio stellaꝝ numer⁹. xvij. Anguis aūt habet i sum mo capite stellas. ij. Sub capite. iij. vno loco oēs. Ad manū ipsi⁹ ophiulci sinistrā. ij. sz quę maxie ad corp⁹ eius accedit clariorē. Et ī dorso anguis ad ipsā corpis coniunctionē quinqz. Et ī prima cur/uatura caudę quattuor. In secunda caput versus habet stellas sex: Ita est omnino stellarū numerus. xxiij.

Serpentarius

a

b

Sagicta inter duos circulos estiuu3 & equinoctialem signo aquile suppositа diuidit ab eo circulo q̃ utro/ q3 polo subiectus ad cancrum & capricornum peruenit. huius acumen ad equi pedū regionem spectat. Altera pars ad humeros ophiulci tēdit. hec occidit virginis ortu. oritur autem cum scorpione. habet omnino stellas quattuor: quarum una in principio materie Altera in medio. due reliquę in eo loco quo ferrū solet affigi: diuerse videntur.



AQuila ala dextra non multum extra circulum equi/
noctialem prodire: siniſtra autem non longe a capi/
te ophiuci figurata videtur. Preterea roſtrum eius
a reliquo corpore diuidit circulus quē ſupradixim⁹a
cancro ad capricornum peruenire. Media autē fi/
nitur ab eo quem ſupra lacteum orbem demóſtrauimus eſſe. Hec
exorto leone occidit. Exoritur autem cum capricorno habens in ca
pite ſtellam vnam. In vtraq; pēna vnam. In cauda vnam. Itaq;
omnino ſunt quattuor.

Aquila

DElphin non longe ab aquilę ſigno figurat̃: in curua
tione caudę nouiſſimę ęquinoctialis circuli circum/
ductione tangit: capite prope cõtingẽs equi pega/
ſi roſtrũ. hic exoriť cum ſagictarij poſteriore parte
Occidit autẽ cũ virgo exorta eſt a capite. habet au/
tem in capite ſtellas duas Supra caput ad verticẽ duas alias. Ad
ea quę in ventre velut pennę videnť habet ſtellas tres. In ſcapu/
lis vnam. In cauda duas. Itaqz oio ſunt ſtellę numero. x.

Delphin

EQuus arcticũ circulũ ſpectãs pedib⁹ ęſtiuo orbe ni
ti: extremo ore caput delphini tãgere videť: aquarij
manũ dextrã ceruici ſua ꝓiungẽs ꝛ vtriſqz piſcibus
dauſus quos in duodecim ſignis poſtea demon/
ſtrabimus. huius in ſtellis corpus apparet vſqz ad

vmbilicū deformatū. Qui occidit cuz piſce de duobus primo: qui ſupra tergum eius eſt fixus. Exoritur cum Aquario toto ⁊ Piſce cū quo occidit: ⁊ manu aquarij dextra. Hic habet: in roſtro ſtellas duas obſcuras. In capite vnā. In maxilla vnā. In vtriſqz auriby ſingulas. In cernicibus quattuor obſcuras. ſed maxime lucet quę capiti proxima apparet. In humero clarā vnā. In pectore vnam Inter ſcapilio vnā. In vmbilico nouiſſimā vnā: quę andromedę. vocatur. In genibus vtriſqz ſingulas. In vtriſqz poplitibus ſingulas Ita ſunt omnino numero: decem ⁊ octo.

Equus

BIBLIOTHEQUE SAINTE GENEVIEVE S.

e

Deltoton autē vt in triangulū deformat: equis quo/
dāmō laterib⁹ duobus: vno breviore sed ppe equali
reliquis: Inter estiuū z equinoctialē circulū supra
caput arietis: nō longe ab andromedę dextro crure
z perſei manu ſiniſtra collocatū: Cū ariete toto oc/
cidens. Exoriens autem cum eiusdē dimidia prioꝛe parte. Habet
autem ſtellam: in vnoquoq; angulo vnam.

Triangulus

Nunc protinus duodecim ſignoꝝ figuratione vice/
mus. Quoꝝ eſt princeps Aries in equinoctiali cir/
culo conſiſtens: caput ad exoꝛtum habens euerſū:
Occidens a primis pedibus z exoꝛiens: caput infra
triangulū quod ſupra diximꝰ tenens collocatū: pe/

dibus prope contingens caput Piſtricis. Habet aũt in capite ſtel/
lam vnã. In cornib⁹ tres. In ceruice tres. In pede priore de pri/
mis vnã. Inter ſcaplio quattuor. In cauda vnã: ſub ventre vnã.
In lumbis tres. In pede poſteriori vnam. Quę ſunt omnino
numero decem z octo.

Aries

TAurus ad exortum ſignorum dimidia parte collo/
catus: vt incipere genu ac deſigere ad terram videt.
Caput eodem habens ac tentũ. Genua ei⁹ reliquo
corpe dimidit circul⁹ eq̃noctialis Cornu ſiniſtro vt

supra diximus cõiungit cũ sinistro pede eius: qui auriga appellat. Inter hui⁹ finitionẽ corporis z arietis caudã stellę sũt: quas vergelias nostri greci autẽ pleiadas appellauerũt. hic auersus occidit z exorit. habet in cornib⁹ singulas stellas: sed in sinistro clariorẽ. Vtrisq; oculis singulas. In fronte media vnã: Ex quib⁹ locis cornua nascunt singulas: quę septẽ stellę byades nũcupant. Et si nõnulli quas duas diximus nouissimas stellas negauerint esse: vt omnino byades essent quinq;. Prętcrea in sinistro genu priore habet stellã vnam. Et super vngulã vnã. In dextro genu vnã. z Inter scapilio tres: nouissimã earũ cęteris clariorẽ. In pectore vnã: Quę sunt omnino pręter vergilias quatuordecim.

Taurus

Gemini ab aurige parte dextra supra orionē colloca/
ti videnť: ita tñ vt orion inter taurū ⁊ geminos sit
cōstitut⁹:capita coꝝ diuidunť a reliquo corpore:cir
culo eo qui ęstiuū diffinire supra est dictus Ita vt
cōplexa corpa iter se tenentes. Occidāt directi a pe
dib⁹ Exoriunť aūt inclinati vt iacentes. Sed is qui cancro ē proxi
mus.habet in capite stellā vnā clarā. In vtrisqꝫ humeris singulas
claras. In dextro cubito vnā. In genib⁹ vtrisqꝫ singulas. In pe/
dibus vtrisqꝫ siugulas. Alter autē in capite vnā. In siniſtro hume
mero vnā. In dextro alterā. In vtrisqꝫ manibus singulas. In de/
xtro genu vnā. In siniſtro genu alterā. In pedib⁹ vtrisqꝫ singulas
⁊ infra siniſtrū pedē vnā que tropus appellať. ⁊ sunt. xviij.

CAncer. Hunc mediū diuidit circulus estiuus ad leo/nis exortus spectantē: paululum supra caput hydrę collocatū Occidentē z exorientem posteriore corpo/ris parte. Hic autem habet in ipsa testa stellas duas quę asini vocantur: de quibus ante diximus. In pe/dibus dextris singulas obscuras. In sinistro pede primo duas. In secundo duas obscuras. In tertio vnam. In quarto primo vnam obscurā. In ore vnā. In ea quę chela dexterior dicit tres similes: non grandes. In sinistra similes duas: Et ita est omnino stellaꝝ numerus decem z octo.

Lancer

Leo ſpectans ad occaſum ſupra corpus hydrę a capi/
te qua Lãcer inſtat: vſq; ad mediã partem eius con
ſtitutꝰ medius ęſtiuo circulo diuiditur: vt ſub ipſo
orbe priores pedes habeat collocatos Occidẽs a ca/
pite & exoriens. Hic habet in capite ſtellas tres. In
ceruicibꝰ duas. In pectore vnã. Inter ſcapilio tres. In media cau
da vnam. In extrema alterã magnam. Sub pectore duas. In pe/
de priore vnam clarã. In ventre clarã vnam. Et infra alteram ma
gnam vnam. In lumbis vnam. In poſteriore genu vnam. In pe/
de poſteriore claram vnam. Et ita eſt omnino numerus ſtellarum
decem & nouem.

Leo

Virgo infra pedes boetis collocata: capite posterio / rem partē leonis: dextra manu circulū ęstivalē tan / git: ac inferiorē partē corporis: supra cornū & hydrę caudā habere perspicit. Occidens capite priusq; re / liquis membris. Hui⁹ in capite est stella una obscura. In utrisq; humeris singulę. In utrisq; pēnis binę: q̄z una stella quę est in dextra penna ad humerū defixa protrigot vocat. Prę / terea habet i utrisq; manib⁹ singulas stellas: q̄z una quę ē i dextra manu: maior & clarior ꝓspicit. In veste aūt habet passi disposita stellas septē. In utrisq; pedib⁹ singulas. Oio stellaz numer⁹ xvj.

Virgo

Scorpij prior pars quę Chele dicit ita ꝑmit ab ęqui/
noctiali circulo: vt eū sustinere videat. Ipse aūt pe/
dibus ophiulci de quo supra dixim⁹ subditus extre/
ma cauda circulū hyemalē cōtingere videt. Neqz lō/
ge est ab eo qō pro hostia centaurus ferre prospicit.
Occidit autē inclinato capite: exorit erect⁹ a chelis. Hic habet stel/
las in his quę chele dicunt in vnaquaqz earū binas: ex quib⁹ pri/
mę sūt clariores: Preterea habet in fronte stellas tres: quarū me/
dia est clarissima. Inter scapilio tres. In ventre duas. In cauda
quinqz. In acumine ipso quo percutere existimat duas. Omni/
no stellarum. xix.

Scorpius

Sagictari⁹ autē ſpectās ad occaſum: cētauri corpe fi
gurat velut mittere ſagictas: icipiēs a pedib⁹ vſq;
ad humeros In hyemali circulo collocat⁹ ita vt ca/
put eius ſolū extra eū circulū quē ſupradixim⁹ ap/
parere videat: cui⁹ arcus lacteo circulo medi⁹ diui
ditur. ante pedes ei⁹ eſt quędā corona ſtellis effecta de qua pri⁹ di
xim⁹. Hic preceps occidit. Exorit direct⁹. Habet autē in capite ſtel/
las duas. In arcu duas. In ſagicta vnā. In dextro cubito vnam.
In manu priori vnā. In ventre vnā. Inter ſcapilio duas. In cau
da vnā. In priori genu vnā. In pede vnā. In inferiori genu vnā.
In pollice vnā. Omnino eſt ſtellarū quindecim. Corona autē cen
tauri eſt ſtellarum ſeptem.

Sagictarius

CApricornꝰ ad occasuꝫ spectãs ꝛ totus in zodiaco cir/
culo deformatꝰ: cauda ꝛ toto corpe mediꝰ diuidit ab
hyemali circulo: suppositus aq̃rij manui sinistrę: occi
dit aũt preceps: exorit aũt directus. Sed habet stellã
in naso vnã: Infra ceruicẽ vnã. In pectore duas In
priore pede vnã. In priore eodem alterã. Inter scapilio habet stel
las septẽ. In vẽtre septẽ. In cauda duas. Et ita ẽ oio stellaꝝ. xxij.

AQuarius habet pedes in hyemali circulo fixos: ma
num autẽ sinistrã vsqꝫ ad capricorni posteriores tergũ
dextrã iubę pegasi ꝑpe ꝓtingẽs: spectat ad exortꝰ: q̃
cum ita sit figuratus: necesse ẽ eum corpore prope
resupinato videri. Effusio aquę peruenit ad eũ pi/

stem qui solitarius figurat de quo posterius dicemus. Sed aqua/
rius t occidit t exoritur capite prius q̄ reliquis membris. hic ba
bet in capite stellas duas obscuras. In vtrisq; humeris singulas
magnas. In sinistro cubito vnam grandē. In manu priori vnam
In vtrisq; mammis singulas obscuras. In lumbo interiore vnā.
In vtrisq; genibus singulas. In dextro crure vnā. In vtrisq; pe/
dibus singulas. Omnino est stellarū quatuordecim. Effusio aquę
cum aquario ipso est stellarum triginta. Sed in his omnibus pri/
ma t nouissima clara.

Aquarius

PIſces horũ alter Notus: alter boreus appellaſ. Ideo qp vn⁹ eorũ q̃ boreus dicit inter ęquinoctialẽ ꝛ ęſtiuũ circulũ ſub andromedę brachio collocatus: ꝛ arcticũ polũ ſpectans cõſtituit. alter aũt eſt in zodiaco circulo extremo ſub ſcapulis equi: nõ lõge ab ęquinoctiali circulo collocat⁹ ſpectãs ad occaſuz. Hi piſces quibuſdam ſtellis vt lineola ab arietis pede primo cõiungunt: quoꝝ inferior ante occidere ꝛ exoriri videt. Habet aũt ſtellas decem ꝛ ſeptẽ Et boreus omnino duodecĩ. Coniunctio eorũ habet ad aquilonẽ ſpectans ſtellas tres. ad alterã partẽ tres. Ad exortũ tres. In commiſſura tres: omnino duodecĩ. Horũ cõiunctionẽ quę a pede arie/



Piſces

tis primo notat arat⁹ grece. Licero nodū celeste dicit:
q̄ vtrunq; volūt significare: cū nodū nō solū pisciū: sed etiā totius
sphere esse: quo enī loco est circul⁹ ab arietis pede Mesembrinos
dicit: qui meridiē significet. ⁊ quo loco is circulus mesēbrinos con
iungitur: ⁊ transit equinoctialē circulū: in ipsa coniunctione circu/
lorum nodus piscium significat: quia eum non modo nodū piscīū
sed etiam celestium nodum appellauerunt.

Pistrix a media cauda diuidit ab hyemali circulo spe
ctans ad exortus: rostro ppe posteriorē arietis pe/
dē iungēs: huius priorē partē corporis: quę spectat
ad exortus prope alluere flumē eridani videt. hęc
cadit exorto cancro ⁊ leone: Exorit autē cū centau/
ro ⁊ geminis. sz habet in extrema cauda stellas duas obscuras. Ab
eo loco vsqz ad reliqui corporis curuaturam quinqz. Sub ventre
sex. Omnino sunt tredecim.



ERidanus á siniſtro pede profectus orioñis ꝛ perueniens vſqz ad piſtricē : rurſus diffundiť vſqz ad leporis pedes ꝛ protinus ad antarcticum tendit circulum. Huius figurationem circu us hyemalis diuidit ab eo loco quo prope coniungitur ceto: hic ſcorpione ꝛ ſagitario exorto occidere: Exoriri autē cū geminis ꝛ cancro videtur. Habet autē ſtellas in prima curuatura tres. In ſecunda tres. Item in tertia vſqz ad nouiſſimā ſeptem. Omnino ē ſtellarum numero tredecim.

Eridanus fluuius

LEpus autem infra ſiniſtrũ pedem Orionis p hye/malem circulum fugiens: ab eo inferiore parte cor/poris diuiſus. Occidit ſagictario exorto : oritur cũ leone. Habet autem ſtellas in vtriſq; auribus ſin/gulas. In corpore paſſim diſpoſitas duas. In pe/dibus prioribus ſingulas. Et ita eſt omnino ſtellarũ ſex.

Lepus

ORion: hunc a zona ⁊ reliquo corpore equinoctialis circulus diuidit cū tauro decertantē collocatū: dextra manu clauā tenentē ⁊ incinctū ense: spectantē ad occasum: ⁊ occidentē exorta scorpionis posterio re parte ⁊ sagictario exoriēte: cū cancro autem toto corpore pariter exurgentē. Hic habet in capite stellas tres claras: In vtrisq; humeris singulas. In cubito dextro obscurā vnam. In manu similem vnam. In zona tres. In eo quo gladius eius deforматur tres obscuras. In vtrisq; gēnibus singulas claras: In pedibus singulas obscuras. Omnino sunt decē ⁊ septē.

Orion

CAnis leporẽ fugientẽ consequẽs posteriorib⁹ pedi/
bus dividit ab hyemali circulo: pedẽ dextrũ orionis
pene suo capite coniungẽs: capite ad occasum spe/
ctans. sed caput ad equinoctialẽ circulũ tendit Oc/
cidit oriente sagictario: exoriens autem cum cãcro.
hic canis habet in lingua stellam vnam. quę canis appellatur. In
capite autem alterã: quam nonnulli syrion appellant de quo pri/
mũ diximus. Prętera habet in vtrisq; auris⁹ obscuras singulas:
In pectore duas. In pede priore tres. Inter scapilio tres. In sini
stro lũbo vnã. In pede posteriore vnã. In pede dextro vnam. In
cauda quattuor. Omnino sunt decẽ & nouẽ.

Canis maior

PRocyon. hic in lacteo circulo defixis pedibus eq̃/ noctialem circulum tangit. Spectat ad occasum vt inter geminos z cancrum constitutus: qui ꝙ ante maiorem canem exoritur procyon est appellatus. hic autem occidit exortu capricorni: exoritur cũ leone. z habet vnam stellam in capite z aliam in pectore. In lumbo vnam. Sed est omnino stellarũ numerus trium.

Canis minor

ARgo: hui⁹ puppis hyemalem circulum ꝛ maioris canis caudā contingens inferiore parte: nouissime nauis inclinata antarcticū circulū tangit. Occidens sagictario ꝛ capricorno exorto vt in mari collocata exoriens cum virgine ꝛ chelis. Hęc habet in puppi ad singula gubernacula: ad primū stellas quinq; Ad alteram quat tuor. Circum carinā quinq; : ꝛ sub reiectum quinq; Ad malū quat tuor. Ita tota est stellarum viginti trium. Quę quare nō sit tota in mundo collocata prius diximus.



Entaurus hic ita figurat: vt i antarctico circulo niti pedibus: humeris hyemalē ſuſtinere videat: capite ppe caudā hydrę cōiungēs: hoſtiā dextra manu te/nēs ſupinā: q̄ pedib⁹ ꝛ extremo ore circulū hyemalē tāgit inter eū ꝛ ātarcticū orbē collocatā: Centauri aūt cura a reliquo corpe diuidit circul⁹ qui lacte⁹ appellat. hic ſpectās ad ortus ſignorū: tot⁹ occidit aq̄rio ꝛ piſcib⁹ exortis: Exorit aūt cū ſcorpione ꝛ ſagictario. habet āt ſtellas ſupra caput tres obſcuras: In vtriſq; humeris ſingulas claras. In cubito ſiniſtro vnam. In manu vnā. In medio pectore equino vnā. In priorib⁹ poplitibus vtriſq; ſīgulas. Inter ſcapilio quatuor. In vētre duas claras. In cauda tres. In lūbo eq̄no vnā. In genib⁹ poſterioribus ſingulas.

In poplitibus ſingulas. Omnino ſunt. xxiiij. Hoſtia autem habet in cauda duas. In pede de poſterioꝛib⁹ primo vnã. In vtriſq; pedibus vnã. Inter ſcapilio vnã clarã: ⁊ in prioꝛe parte pedũ vnam Infra alterã. In capite tres diſpoſitas. Omnino ſũt numero. x.

ARa antarcticũ circulũ ꝓpe tangẽs: iter hoſtię caput ⁊ ſcoꝛpionis candã extremã collocaꝫ. Occidẽs aries tis exoꝛtu: exoꝛiens cum capꝛicoꝛno. Hęc habet in ſummo cacumine circuli vbi formaꝫ ſtellas duas: ⁊ in imo alteras. Et ita ẽ omnino ſtellarũ quattuoꝛ.

Ara

Hydra trium signorum longitudinē occupans cancri leonis ⁊ virginis: inter equinoctialē circulum ⁊ hyemalem collocatur: Ita tamen vt caput eius contendens ad signū id quod procyon vocaī: ⁊ totius hydrę ꝓprie quarta pars inter estiuū ⁊ equinoctialē circulū videaī. Cauda aūt extrema pene cētauri caput tegēs: sustinet in dorso Cornū: rostro corpus eius tangentē ⁊ toto corpore ad craterem tendentē: qui satis longo diſcidente interuallo propenter leonem ⁊ virginem constitutus videtur inclinatior ad caput

hydrę q̃ occidit aquario ꝛ ptſcib⁹ exortis. Oritur aũt cũ his ſignis
de quib⁹ ſupradixim⁹. Habet autẽ in capite ſtellas tres . In prima
a capitis curuatura ſex. ſed eaꝝ nouiſſimã clarã. In ſccũda curuatu
ra tres. In tertia quattuor. In quarta duas. In quinta vſqꝫ ad cau
dã octo: oẽs obſcuras. Ita fiunt numero. xxvj. Corv⁹ aũt habet in
gutture ſtellã vnã. In pẽnis duas. Infra pẽnã caudã verſ⁹ duas.
In vtriſqꝫ pedib⁹ ſingulas. omnino ſunt ſeptẽ Supra primã hy/
drę curuaturã crater poſit⁹ habet in labris ſtellas duas. Infra au/
tem anſas duas obſcuras. In medio cratere duas. ad fundũ duas
Omnino ſunt octo.

PIſcis aũt q̃ notus dicit̃ iter hyemalẽ ꝛ antarcticum
circulũ media regione collocat⁹ ſpectare ad exortũ
videt̃ iter capricornũ ꝛ aq̃riũ ore excipiẽs aquã quę
fundit̃ ab aquario. hic occidit oriente cãcro. Exorit̃
autem cũ piſcib⁹ Sed ẽ ſtellarũ omnino. xij.

Piſcis

Que ad figuratione siderum pertinent: ad hunc finem nobis erũt dicta. Reliqua protinus dicemus.

Clarissimi viri Jginij De quinq; circuloꝝ inter corpora cęlestia notatione. ⁊ planetis Liber Quarrus ⁊ vltimus.

Quoniam i initio sphęrę circuli. v. quomodo efficerẽt ostendim⁹ neq; eos corpore siderum innotauimus: ⁊ si duo nouissimi nihil ad solis cursum pertinẽt: hoc est arcticos et antarcticos: de medijs dicem⁹. iij. Sz quoniã arat⁹ quattuor circulis sphęram plurimum valere dicit: neq; eorum aperte quenq; demonstrat: voluntatem nostrã apertius ostẽdem⁹ Et quemadmodum in initio fecim⁹ a boreo polo sumemus exordium.

Situr ęstiuum circulum vnum de quattuor esse dicemus: qui therinos tropicos vocatur: quo circulo ęstatem confici demonstrauimus. ⁊ si non nemo dubitat: quare nõ vtriq; circuli hoc est ęstiuus ⁊ hyemalis vno nomine appellentur. ideo q; quem nos ęstiuum diximus nonnullis hyemalis fiat: ⁊ quo circulo hyemem confici diximus: eo circulo alijs ęstas sit. Qõ si voluerit itelligẽ id ad nostras collocationes mũdi esse demonstratũ: q; inter ęstiuum circulum ⁊ arcticon sumus constituti: nõ ad illorum sphęram qui ab hyemali circulo antarcticum habitantes nobis antipodes dicuntur. facilius ad nostrã accesserint volnutatẽ. Si quis enim voluerit eorum quos antipodas diximꝰ: qui inferiore a nobis circulo constituti videntur sphęram facere: non imerito nostrum hyemalem sibi ęstiuum circulum finxerit. Aut si quis scriptorum eorũ

mentionem faciens obſcure voluerit antipodas demõſtrare. ⁊ di/
xerit quibus in capricorno ęſtas ſumma: aut in cancro hyems ma/
xima fiat: non imperita ratione acutiſſime dixiſſe videbiť. Quod/
cunqz enim noſtris circulis contrariũ dixerit: id illis erit rectum.
Sed ne longiore ſermone pręter conſuetudinem vtamur: ad incę/
ptum reuertamur.

IN ęſtiuo circulo de quo primũ dicere inſtituimus
hęc ſigna ſiue partes eorum perſpiciunť. Capita ge
minoꝝ aurigę genu vtrũqz vel ſiniſtrũ Perſei crus
⁊ humerus ſiniſter. Andromeda autẽ a pectore ſed
manu ſiniſtra diuidiť. Atqz ita euenit vt caput eius
cũ toto pectore ⁊ manu dextra videaťr eſſe: inter ęſtiuũ ⁊ equino/
ctialem circulũ: reliquũ autẽ inter ęſtiuũ ⁊ arcticũ finẽ. Prętera
in eodẽ ęſtiuo circulo: pedes equi pegaſi videnť poſiti: ⁊ caput a
reliquo corpore diuidiť oloris: ⁊ alę ſiniſtrioris vt volantis pars
non magna. Ophiulcus humeris vt circulum ſuſtinere videtur.
Virgo prope hunc cõtingens a capite. Inter hunc ⁊ equinoctialẽ
circulos collocata eſt vt fulgens ad auſtrũ. Leo a pectore ad lum/
bos diuiditur vt caput eius ⁊ corporis ſuperior a crurib⁹ pars: in
ter hunc ⁊ arcticum circulum videatur. Inferior autem pars inter
ęſtiuum ⁊ equinoctialem circulum. Cancer autem ſic diuiditur me
dius: vt inter duos oculos eius: circulus traiectus exiſtimetur. In
his ſignis ⁊ hoc: vt ante diximus: circulo cũ vehitur ſol: euenit no
bis: q̃ hac inclinatione mundi vtimur: vt ſint dies de partib⁹ octo
partes. v. Noctis autem. iij. Neqz ita tamẽ vt ex horologijs ſed ex
ſphęrę ratione. Cum enim ſphęram ita conſtitueris vt circulus is
qui arcticus vocatur ſemper appareat. hunc̃p autẽ antarcticus ex/
oriatur. atqz ita ſphęra eſt conſtituta. ſi voles circulũ ęſtiuũ divi/
dere in partes. viij. ex his inuenies partes. v. in ſphęra apparere.
tres autem infra tanquã ſub terra eſſe. At aliquis dixerit cur ſphę
rę circulos diuidamus in partes. viij. potius q̃ duodecim. aut

quot libuerit alias partes:hic non sphęram sed se fallere hac ratio ne inuenietur porro arbitror. Si enim ita fecerit ex ęstiuo circulo partes.xij. ex his partes.vij. ⁊ dimidium partis apparere.quatuor autem ⁊ dimidium sub terra inueniet esse. Itaqz euenit vt cū ad.viij.partes addita dimidia sit:simili ratione ad partes q̄ttuor. accedat pars dimidia:⁊ fiant supra terram partes.vij.⁊ dimidiuz partis.reliquum autem sub terra:quod est partes.iiij.⁊ dimidium Igitur oportet intelligere vt non in minutis partibus ⁊ dimidijs fiat.sed certis numeris conficiatur vt euenit in partib⁹ octo. Prętercа quoniam sphęra diuisa in partes.xxx.euenit vt ab ęstiuo ad hyemalem sint partes.viij. nimirum certe eos circulos diuidem⁹ in partes.viij. Prętерea quoniam ab ęstiuo circulo ad equinoctialem sunt partes.iiij.de.xxx. Et rursus ab equinoctiali circulo ad hyemalem de partibus.xxx.partes.iiij.⁊ ita nihilominus equīnoctialis ipse per se circulus medius diuiditur:vt dimidia pars eius sit sub terra de partibus.viij.partes quattuor ⁊ totidē supra:⁊ tota ratio ad octauam partem perueniat:non dubium est quin recte diuidatur in partes.viij. Prętерea cum sol per hos circulos currens iter annuū conficere videatur:⁊ ab omnium signorum octaua parte:vt posterius dicemus:incipiat exoriri: vt ad aliud signuz transire: neqz vlla alia parte signi vtatur : recte ipsi quinqz circuli diuidunt̄ in partes octo. Prętерea cum septem sidera ad eundem statum reuertantur: quibusdā placuit: vt cuiusmodi dies hodiernus fuerit in solis aut lunę tempestate: eiusdem modi octauo anno sit futurus:vere sphęra quoqz diuidetur in partes octo. Prętерea cum videamus octauo quoque die eiusdem sideris horā primam aut quamlibet deniqz esse vt cuius hodie fuerit hora prima eiusdem octauam quoqz futuram : verissimum est ipsam quoque sphęram vnde horę sumuntur diuidi in partes octo. Sed ne reliqua prętermittamus:in hoc occupati:ad propositum reuertamur.

Secundus ab ęstiuo ęquinoctialis est circul⁹ in quo
bęc signa ꝛ partes eorũ perspici possunt. Aries to/
tus omnibus pedibus innixus videtur. Hunc au/
tem Aratus omnium siderũ celerrimũ esse demon/
strat etiam minorem arcto: quę breui spatio verti/
tur pręstare: id qđ velit esse sic potcrimus vel facillime intelligere.
Cum sit enim maximus circulus ęquinoctialis in sphęra in eoꝝ
aries vt affixus videatur. quomodocunqꝫ fuerint figurę corporuꝫ
collocatę vt ad eundẽ circulum perueniant. necesse est semel verti
sphęrã. Quod cum fiat. ꝛ aries in maximo circulo ꝛ eodem tem/
pore ad locum quo sidera reliqua perueniant: necesse est eum ce/
lerrimum dici. sed nos ad circuli effectionẽ veniemus. ꝛ reliqua di
cemus. in eodem tauri genua vt fixa perspiciuntur. ꝛ si nonnulli
ita finxere vt vno genu hoc est dextro nixus: sinistro prope pede
contingere videatur. De hoc in medio relinquemus. Sed in eodẽ
circulo. ꝫona orionis vt ipso circulo pręcinctus existimetur. Hydra
flexu ã capite primo vt ceruicibus erectis cancrum contingere vi/
deatur. ꝛ ex inferiore corpore hydrę crater cum coruo velut fixus
esse circulo conspicitur. Item paucę stellę chelarũ: eodem adiun/
guntur Ophiulci genua eodem circulo a reliquo diuiduntur. Aq/
quila sinisteriore penna pene eum cõtingens figurata est. Eodẽ/
qꝫ circulo caput pegasi cum ceruicibus nititur. His corporibus si/
gnorum ęquinoctialis circulus finitur: Quo sol cuꝫ peruenerit bis
vno anno conficit ęquinoctium: hoc est in ariete et chelis. In hac
enim parte sphęrę et ver et autumnus confici existimatur. ita vt
ver sit in ariete. autumn⁹ in priore parte scorpionis. Quod signũ
nonnulli libram dixerunt: per hunc circulum transiens sol ab ari/
ete ad chelas: efficit .vj. mensium diem: his locis qui intra arcticũ
videntur orbem Noctem autẽ his qui antarctico circulo sunt clau/
si: Quare magis his locis nemo potest durare. Et rursus ab au/
tumno vsqꝫ ad ver: hoc est a chelis vsqꝫ ad arietem perueniens

efficit his locis. vj. mensibus perpetuis diem in quib⁹ ante noctez demõstrauim⁹. Ecõtrario aũt nocte his qui boreo polo sunt proximi. Sed de hoc ante dixim⁹. Neqz enim mirũ est hac collocatione sphęrę id euenire. Erecto enī boreo polo neqz vnq̃ occidente euenit: vt corpora queqz quę ei ꝓxima sunt circulo sero occidere videant. Id ex hoc intelligere licebit. Cum in his partib⁹ sphęrę habitet quę pars ē ab ęstiuo circulo ad orbē qui arcticos vocat. z de arctico circulo hoc ē de duab⁹ vrsis z dracone. caput draconis maxime niti ipso circulo videat: ita vt his qui engonasin vocat inter ęstiuū z arcticū locat⁹: caput draconis premere itelligat. quicunqz vt ante dixim⁹ ad ipsū caput draconis habitāt: ita longo die vtuntur: vt eis ne tertia quidem horę pars in vnaquaqz nocte his obtingat. Itaqz Aratus ait:

Item Cicero dicit. quod caput hic paulū sese subitoqz recõdit. ortus vbi atqz obit⁹ parte admiscent in vna. De hoc homer⁹ quoqz in odissea ita breuē noctē esse dicit: vt pastores cum alij exigāt alij reducāt pecus: possint alius aliū audire: cū vnus ꝓpter noctē pecus reducat: alter ꝓpt lucē exigat: sz nos ad ꝓpositū reuertamur.

Ertius ab ęstiuo circulo qui hiemalis vocat: his corporib⁹ z eorū partib⁹ finit. Nā mediū capricornū dividēs: z pedes aquarij: p caudā pistricis vt traiect⁹ videt. Diuidit etiā leporē fugientē a crurib⁹ z quadam parte corpis: z cānis sequentis pedes: z nauis ipsius puppim: centauriqz ceruices a reliquo corpore diuidit. Scorpionis extrema cauda ꝙ acumen vocatur: eodē circulo coniungitur. Sagictarij arcus eodem orbe deformatur. Huius orbis infra terram sunt de partibus. viij. partes quinqz supra terrā aũt iij. Itaqz it breuior dies nocte vt ante demõstrauimus.

Quartū circulū zodiacū esse aratꝰ demōstrat: de quo ante diximꝰ ꝛ posteriꝰ dicemꝰ. Sed aratꝰ nō vt reli/ qui astrologi ab ariete. xij. signa demōstrat: hoc est vere incipiēte: sed a cancro hoc est ipsa ęstate. Nos autē quoniā ab ariete incipimꝰ: ita protinꝰ dicemꝰ In hoc eni circulo sic. xij. signa figurant. Aries. Taurꝰ. Gemi. In his tribꝰ signis ver demonstrat: ꝛ equinoctiū vernū. Lācer. Leo. Virgo. In his signis maxie ęstas conficit. Sed sol incipit a virgi/ ne iam trāsire ad ęquinoctiū autūnale Lhelę. Scorpius Sagicta/ rius. In his tribꝰ signis autumnꝰ efficit: ꝛ ęquinoctiū autumnale Capricornꝰ Aquarius Pisces. In his tribꝰ signis sol hyemē confi/ cere demonstrat. Et si nulla sunt signa. xij.: sed. xj. ideo quod scor/ pio magnitudine sui corporis duorū locū occupat signoꝝ. Ę quibꝰ prior pars chelę: reliqua autē Scorpio vocat. Priores eni Astrolo gi cū omnes res ad. xij. partes reuocarēt. vt mēses ꝛ horas ꝛ lati/ tudinē signorū. Itaqꝫ ꝛ signa ꝑ quę res omnes significant. xij. vo luerunt esse.

Sed quoniā. vij. circulis ī ꝓhęmio ꝓpositis: de quat tuor circulis mentionē fecimus ne. vij. ex ordine de/ mōstratis: aliquid a nobis obscurius dictū videatur de. vij. superant. iij. arcticos: antarticos ꝛ ille qui La cteus vocat. Itaqꝫ de his dicere incipiemꝰ. ¶Arcti con igitur orbem sustinet Caput draconis cum reliqua corporis parte. Lepheus autem pectore suo circulum iungit. eodem orbe ni tunt ꝛ pedes maioris Vrsę. Prętera sedile cassiepęię cum pedibꝰ eius nititur ipsi circulo: ꝛ de dextro pede genuqꝫ sinistro ꝛ pedis prioribus digitis eius qui engonasin vocatur. ꝛ manus sinistra bo etis exteriori parte circuli peruenit coniuncta. Ad antarticon aūt circulū peruenit/ extrema nauis Argo. pedesqꝫ centauri posterio/ res adiunguntur. Priores autem prope contingere. Et ara vide/ tur prope affixa Eridaniqꝫ fluminis extrema significatio.

RElinquum est nobis diffinire quē supra lacteū orbē demōstrauimus. Ipse enim diuidit Oloris extre/ mam sinistrā pennā: quę extra ęstiuū peruenit fi/ nem. Prętera transit manū dextrā Persei ⁊ ab hu mero sinistro aurigę perueniens sub manū ei⁹ de/ xtram. Et geminoꝝ genua ⁊ pedes eius signi quod procyon voca tur. hic diuidens ęquinoctialē ⁊ ęstiuum circulū: tangit extremuꝫ finem mali: qui in argo naue defixus videt. Deinde rursus reuer/ tens genua centauri diuidit a reliquo corpore ⁊ extremā caudā ter minat Scorpionis: ⁊ arcum mediū Sagictarij: ⁊ aquilę dimidiam partē per eius transiens pennas.

QVoniam de biscę rebus exposuimus ordine: mun/ di ratione: ⁊ quemadmodū moueat protinus dice/ mus: ⁊ in. xij. signoꝝ exortu quę deinde corpa con/ sequantur: ⁊ quę perueniant ad occasum. Conuenit nobis mundū ab exortu ad occasum conuerti. Ideo ꝙ videmus stellas exorientes ad occidentem conuerti. Sic enim primū poterim⁹ scire quid sit exortus: ⁊ qui occasus. Si quis enim nostrū aliqs astiterit cōtra exoriēte solē necesse ē arctos a nobis a sinistris partib⁹ esse. Cū id ita fiat: illō quoqꝫ necesse ē vt oia e dc/ xtris partib⁹ exorta: i sinistris occidere vidcāt: de quo ⁊ añ diximꝰ Igit cū videam⁹ stellas exoriri ⁊ occidere: necesse ē mundū quoqꝫ cum stellis verti. Sꝫ nōnulli aiūt nihilomin⁹ id euenire posse: vt si stante mundo stellę exoriant ⁊ occidant: quod fieri non pōt. Si enim stellę vagę feruntur: neqꝫ mund⁹ ipse voluitur: non possunt corpora stellis figurata icolumia ⁊ certa permanere. Illud enī vi/ dem⁹ i toto mūdo stellas erraticas esse. v. neqꝫ horū cursū quen/ ꝙ posse diffinire. Aratū ipsū quoqꝫ negare se difficiles corū cur/ sus iterpretari posse. quomō igit cū. v. stellas nemo possit obserua re: tot milia quisꝙ possit peruidere: nisi qui permittat hoc: cursus stellaꝝ posse esse ⁊ nihilominus figuras corpoꝝ permanere. quod

si non est: tota sphęra ad irritum reuocabit. Quicūqz enim sphę/
ram fecerit: non poterit efficere vt sphęra stante nihilominus stel/
lę versent. Illud etiā videmus in extrema cauda draconis stellam
esse: quę in se vertatur: z in eodem loco constet. Quod si omnes
stellę vagę feruntur: hanc quoqz loco moueri necesse est: quod nō
euenit. Igitur necesse est mundū quoqz nō stellas verti. Quoniā
ostendimus mundū cum stęllis q̄ potius stellas per se verti: nūc
reliqua dicemus.

CUm enim traditū sit nobis prius noctē q̄ diem fie/
ri: noctem dicemus vmbram terrę esse cāqz obstare
lumini solis: Et si nonnulli dixerunt in solis cursu
euenire: vt cum peruenerit ad eum locum vbi occi/
dere dicatur: ibi montium magnitudinē a nobis lu/
men auerti solis z ita noctem videri. Quod si ita sit. nimirum e/
clipsim solis verius q̄ noctem dixerimus. Sed aliter esse ex ipsa
sphęra licebt intelligere.

ORizon enim diuidens ea quę videntur: z quę nō ap
parent. ita diffinit sphęram: vt semper. vj. signa de.
xij. in hemisphęrio videantur supra terrā. vj. autē
signa sint infra sub terra. Igitur cum in vno eorūz
sol nixus ferri videatur: ab eo circulo qui orizon vo
catur exoritur. Itaqz incipit lucere. Cūqz nihilominus ipse mun/
dus vertat cū reliquis signis. Sed quo facilius intelligat: ponam⁹
solem esse in ariete: a quo duodecī signa instituim⁹ numerare. Igi
tur cum sol sit in ariete exoriente dies est: qui cum vertente se mū
do peruenit ad eum circulum qui meſembrinos vocat: efficit diei
partem dimidia. Sed sic etiā facilius intelligitur. z rursus ab eo/
dem arietc incipiemus. Cum aries est exortus: prętcr eū signa sūt
in superiore hemisphęrio. Pisces Aquarius Capricorn⁹ Sagicta/
rius Scorpio. horum cum. iij. signa occiderint: hoc est Scorpius
Sagictarius Capricornus. exorta sunt. iij. quę arietem sequuntur.

hoc est Taurus Gemini Cancer Tum fieri dimidium diem necesse est: et arietem peruenire ad eum: quem menſẽbriũ esse circulum supra diximus. Cum aũt cũ reliquis signis ipse aries occidit: & exortus é Leo Virgo: tum Libre exoriuntur: et in superiore hemiſphęrio ariete occidẽte vehuntur. Quę cũ occiderint: rursus aries exortus efficiet lucem. Sed ne in dubium veniat: cum ariete occidente diximus libras exoriri: quid de reliquis signis sine sphęra posset intelligi: sic inueniẽ. In quocunq; signo sol fuerit exoriens quodcunq; ab eo signo septimo loco fuerit: id noctu primũ exorietur & ita cõficiet cursum. Mundus enim ipse semel in die ac nocte verti videtur. Itaq; euenit vt ipsa signa. xij. semel in die ac nocte videri possint. Sed ne solis cursus: de quib⁹ postea sum⁹ dicturi: potius q̃ quod ante coepimus enumẽremus: ad inceptum reuertemur. Diximus enim principium mundi esse: noctem. deinde diem. Inter noctem & diem pręter vmbram terrę nihil interesse arbitramur. Sed quoniam signorum supra & corporum exortus instituimus ad hoc perueniemus.

IGitur vertente se mundo per vtroſq; polos & axem quem supra dimensionem sphęrę dixim⁹ esse: & ita sphęra collocata: vt vnus pol⁹ semper sit supra terram: alter nunq̃ exoriatur necesse est: Arctus quoq; & reliqua corpora quę sunt in arctico circulo nunq̃ occidere: reliqua autem omnia exoriri & occidere: quod inferiora sũt ab eo circulo quem nunq̃ occidere diximus. Id enim posse fieri hęc edocet causa. Videmus caput extremum draconis: quod maxime arcticon extra circulum prominet: quodam tempore ita occidere existimatur: vt exortus cuꝫ occasu permisceatur: vt & ante diximus. Si autem pars aliqua occidere de summo circulo videtur: necesse est omnia: quę sũt inferiora exoriri et occidere. Igitur conuenit nobis sidera vertente mundo occidere & exoriri. Pręterea hac inclinatione cęli: cum vnus circulus ita sit erectus vt nunq̃ occidat. alter

ita sit terrę subiectus : ꝛt nunc̄ꝫ exoriatur:quicunq; circuli fuerint in sphęra:hoc est ab ęquinoctiali ad polum:qui horcus appellaꝛ: nullus erit eorum qui non maiorem partem circumductionis habeat supra terram . Qui autem ab ęquinoctiali fuerint circulo ad eum polum qui notius appellatur: omnes inferiorē partem maiorem habebunt ꝙ superiorem. ⁊ ꝙto magis ad polum notium accesserint:hoc maiorem partem sub terra habere peripicientur . Et ꝙto magis ad horeum finem venerint:hoc maiorē partem circuli supra terram tenere videbuntur: Quo enim erectior ipse pol⁹ fuerit hoc magis ⁊ circuli eius erectiores videbuntur . Quod cum ita sit:si duo sidera simul fuerint orta:vnū ab arctico :alterum ab antarctico circulo:serius occidet:id sid⁹ quod ab arctico circulo fuerit exortū.ideo ꝙ maiorem habet circumductionē sphęrę:ꝙ quod a notio polo est ortū.si autem simul occiderint:serius exorietur id signum quod ab antarctico fuerit exortū:ideo quod tota illa collatio mundi maiorē partem habeat sub terra:q̄ illa pars quę in horeo polo est finita. Et non modo signa quę sunt ad arcticū finē collocata:prędstantibus corporibus:aut serius occidunt: aut ante exoriuntur ꝙ ea quę notio polo depinximus.Sed ipsa quoq; corpora inter se dissentiūt:vt si quod inferius sit signum: ⁊ id cum superiore exoriatur:tamen serius occidat. Econtrario itaq; si qua sunt signa ab ęquinoctiali circulo ad notium polū figurata:horū si qua signa pariter exorta fuerint:citius occident quę proxime polū accedant. Euenit etiam vt non modo quę simul sint exorta sidera ex his serius occidant:quę proxime arcticum circulum sunt collocata. Sed etiam si qua eorum ante exorta fuerint:quę sūt ad notiꝫ polū finita:tamē ante occidāt:ꝙ ea corpora quę in horeo polo figurata esse supra demōstrauim⁹ ideo qō maiore circūductiōe sphęrę vtiq̄ ea corpora :quę ab ęquinoctiali circulo ad arcticū finē sunt constituta. Igitur ostendimus qua inclinatione mundi sphęra sit constitura. Nunc ad.xij.signa reuertemur.⁊ quorū exortu quę de

reliquis corporib⁹ occidant aut oriañ cõmẽmorabim⁹: ⁊ initium ab ariete facientes.

ARietis exortu: sinistra pars andromedę prouenire Ara autem occidere videtur. Cum codẽ sidere exoriť ⁊ persei caput vsqz ad vmbilicũ: vt dubiũ fore videatur: zona eius vtrum vsqz extremo ariete an tauro primũ exoriente prodeat ad lucem. ¶ Tauro aũt exorto: quę prius dubia fuerunt omnia sunt certa. Nam ⁊ ara omnino occidit: ⁊ perseus totus est ortus: ⁊ aurigę caput cũ reliquo corpore duntaxat: ad sinistrũ pedem videtur. ⁊ pistrix a cauda exoriens perspiciť. Hoc signo primum occidere boetes videť ⁊ si cũ. iiij. signis occidit: neqz tamen totus ad terram potest venire: Nã manus eius sinistra circulo arctico cõclusa: neqz oriť neqz occidit. ¶ Geminis exorientib⁹ tota iam pistricis ⁊ fluminis eridani prior pars apparet: ⁊ orion exoriri videtur. Occidit autem Ophiulcus a pedibus genuũ fine. ¶ Cancer exoriens obscurat dimidiã partem Coronę: pistricisqz caudã: ⁊ notum piscem: ⁊ caput cũ reliquo corpore ad vmbilicũ eius: qui engonasin vocatur. Ophiulcum a genibus ad humeros: ⁊ anguem totum prçter caput ⁊ ceruicem: quę estiuo circulo tendit ad coronã. Boetem prope totum: terra tenet tectum. Exoriť autem ⁊ Orionis corpus ad zonam: ⁊ eridanus totus apparet. ¶ Exortu Leonis reliqua pars occidit coronę: cũ capite ⁊ ceruicibus anguis ⁊ ophiulco. Engonasin autem qui vocatur eius prçter sinistrũ genu ⁊ pedem nihil apparet. ⁊ Boetes totus obscurať. Exoritur autem caput hydrę cum lepore toto. ⁊ procyon cũ pedibus prioris canis: ⁊ aquila tota. ¶ Virgo auté exoriens: nõ pauca sidera obscurat. nam statim Lyra occidit cum sagicta ⁊ delphino: ⁊ Olorus a capite corpus vsque ad caudam prope occidit: ⁊ fluminis prior pars ⁊ equi caput, cum ceruicibus. Exoritur autem hydra fine crateris: ⁊ canis totus: ⁊ nauis argo fine totius veli. ¶ Libelis exorientibus videť ⁊ bootes exoriens totus:

ꝛ tota nauis apparet argo. hydraqꝫ prꝫtꝛ cacumen extremū caudꝫ
qꝺ ẽ ſub terra. Exoꝛiť etiã genu ꝛ ſura eius dextra: qui engonaſin
vocať. hunc eadem nocte occidere ꝛ exoꝛiri licet videre. Reliquū
autẽ coꝛpus: cū Scoꝛpionis ꝛ Sagictarij pꝛouenit parte. Prꝫte/
rea cum chelis exoꝛitur cauda cẽtauri: Occidit reliquū Pegaſi coꝛ
puś: ꝛ oloꝛis extrema cauda: ꝛ Andromedꝫ caput cū vmbilico Pe
gaſi: ꝛ piſtrix reliquo coꝛpoꝛe ad ceruices: vt caput eius ſolū videa
tur: ꝛ caput cephei pendẽs ad piſtricis occaſū cū manibꝰ ꝛ humeꝛ/
ris peruenit ad terrã. ¶ Scoꝛpione exoꝛiẽte duꝫ partes fluminis
occidunt: ꝛ reliquū coꝛpus andromedꝫ cum capite Cephei. Occi/
dit etiam Cepheus capite ad humeros: quꝫ pars eſt extra arcticuꝫ
circulū conſtituta: obſcuratur etiã caſſiopꝫia reſupinata occidens.
Exoꝛitur autem coꝛona quꝫ ante centauri pedes iacere exiſtimať: ꝛ
hydꝛꝫ reliquū: quod caudam eſſe ſupꝛa diximus. Pꝛouenit etiam ꝛ
coꝛpus centauri: quod equina figura videtur: ꝛ ipſius hominis ca
put: ꝛ hoſtia quã tenere cum ſupꝛa diximus: Deniqꝫ ad id coꝛpus
qua fine pedes eius ſunt pꝛioꝛes. Ophiulci autem dūtaxat caput
exoꝛitur: ꝛ ipſius anguis caput: quod eſt cõtra Cancrū. ¶ Sagicta
rium exoꝛiẽtẽ. Ophiulcus totus exoꝛiens inſequitur: ꝛ Anguis ą
ab eo tenẽť: caput eius: qui engonaſin vocatur: Et ſiniſtra manꝰ
eiuſdẽ. Deinde Lyra tota cū Cephei capite ꝛ humeris exit ad lucẽ
Occidit autem canis maioꝛ cum Oꝛione toto ꝛ lepoꝛe: ꝛ aurigꝫ ſu
peꝛioꝛe parte coꝛpoꝛis. Pꝛꝫterea caput ꝛ pedes eius. Occidit etiã
totus Perſeus pꝛꝫter crus ꝛ pedẽ dextrum. Argo autem puppim
ſolam relinquens: peꝛucnit ad terrã. ¶ Capꝛicoꝛnus exoꝛiens: hęc
ſidera ad terram pꝛemere videtur: reliq̃ figuram nauis ꝛ ſignū qꝺ
procyon vocatur. Eodem tempoꝛe ꝛ reliquū coꝛpus occidit perſei.
Exoꝛitur autem Oloꝛ cum aquila ꝛ ſagicta: ꝛ ara quã pꝛoximã eſ/
ſe notio polo diximus. ¶ Aquarius exoꝛiens: ad dimidiã partem
coꝛpoꝛis equi pedes ſecũ de terra ducit: ꝛ caput cum ceruice pega/

si. At etiam Centaurus a cauda ad humeros virilis corporis occi/
dit: cum hydrę capite: ꝛ ceruicibus. ¶ Piscibus exorientibus: oc/
cidit. reliquũ hydrę corpus: ꝛ ipse centaurus. Exoritur aũt piscis q̃
notius vocatur: ꝛ andromedę dextra pars corporis.

De. Sole ꝛ. Luna: ac cęteris planetis.

Sic igiť exorientibus. xij. signis: reliqua corpora oc/
cidere ꝛ exoriri videntur. Sed vt aute diximus: nũc
protinus de Solis cursu dicemus. Necesse ė enī so
lem: aut ipsuz per se moueri: aut cum mundo ver/
ti vno loco manentem. Quod si maneret: neces/
erat eodē loco occidere ꝛ exoriri. a quo prīdie fuerit exortus: quē/
admodum signa eodem loco semper oriuntur ꝛ occidunt. Prę/
rea si ita esset: necesse erat: dies ꝛ noctes omnes equales esse: vt q̃
longus hodiernus dies fuerit: tam longus semper sit futurus. Jtē
nox simili ratione semper ęqualis permaneat. Quod quoniā non
est: illud quoqz necesse ė cum videamus esse dies inęquales: ꝛ so/
lem alio loco hodie occasurum: ꝛ alio heri occidisse. Si igitur alijs
locis oritur ꝛ occidit: necesse est eum moueri: nō stare. Solem au/
tem contra mundi motū currere: sic possumus intelligere. Euenit
enim vt duabus ex causis sidera non possimus videre. Quarū vna
est cum abierint infra terrā: nostrū quoqz effugere cōspectum: ita
vt inferius hemisphęrio ostenditur. Altera autē est ratio: quod
propter fulgorem solis ꝛ vim maximam luminis sidera obscuren/
tur. siue quod stellis obsistit: ne candor earum ad nostros perue/
niat aspectus: siue sua magnitudine luminis officit oculis nostris
ne preter eius ignem aliam rem superiorem perspiciamus. Quod
magis verisimile videtur. Neque enim solis ignem ciusmodi vi/
demus. cuiusmodi reliquos ignes intelligimus. Sed ita lumen
auertit nostrum: vt ipse quoque nobis non igneus: sed albus es/
se videatur. Prętera in vnaquaque nocte. xj. signa necesse est

apparere. ideo ꝙ ẏno ſigno ſol ipſe nixus: iter conficere videtur: cuius figuram corporis ipſe ſuo lumine obſcurat. Cum eo enim ſigno ꝛ occidere ꝛ exoriri videꝫ. ¶ Nonnulli dicũt nos. xij. ſigna dumtaxat hac ratione ꝓſpicere poſſe: ſi in eius ſigni prima nouiſſima/ qꝫ parte conſiſtat. habẽt enim. xij. ſigna partes eiuſdem modi: vt vnumquodqꝫ eorũ in longitudine habeat partes. xxx. In latitudine autẽ partes. xij. Itaqꝫ euenit vt in longitudine ſignorũ annus ſit. In latitudine autem ſinguli dies ſint. In prima parte ſigni nihilominus nos reliquũ corpus eius ſigni videri poſſe nonnulli dicunt: Simili ratione ꝛ ſi fuerit ĩ extrema parte ſigni: quod fieri nõ poteſt. Nã cũ ſol ſit in qualibet parte ſigni ꝛ exoriaꝫ: ita magnũ videtur habere fulgorẽ: vt omnia ſidera obſcuret. Illud tamẽ poteſt euenire: vt cum ſol ſit in prima parte ſigni ꝛ occidat: reliquũ corpꝰ eius ſigni appareat. Sed certiꝰ ꝛ verius eſt. xj. ſigna ꝙ duodecim apparere poſſe. ¶ Preterea queriꝫ quare ſol cõtra mũdi inclinationem currẽs: videatur cum ipſa ſua ſpẽra occidere ꝛ verti. Nam ſi ſol contra ſiderũ occaſuꝫ curreret: De Ariete ad piſces: nõ ad Taurũ tranſiret. Exoriri ꝛeni ante piſces ꝙ Aries occidere ꝓſpiciuntꝫ ꝛ ita mundꝰ verti videtur: vt prius piſces ꝙ aries occidant: Itaqꝫ diebus. xxx. ſol in ariete currens: ꝛ eius corpus obſcurans: ſic dũtaxat apparet ſol: vt ex eo loco quo aries exoriri videatur. ꝛ poſt triginta dies ſol videatur ab eodẽ loco ſurgere: ex quo loco taurus ante exoriri videbaꝫ. Igiꝫ apparet ſolem ab ariete ad taurũ tranſire. Quod ſi ita eſt: neceſſe eſt eum contra mũdi inclinationẽ currere. Quare autẽ euenit vt ante diximus: ꝙ videtur cum mundo ſol verti. Eius ſimilis hec cauſa eſt: vt ſi quis in naviculę roſtro ſedens: inquirat ad puppim tranſire: ꝛ nihilominus ipſa nauis iter ſuum conficiat. Ille quidem videbitur contra naviculę curſum ire: ſed tamen eodem perueniet quo nauis. Hoc autem ſic etiam facilius intelligetur. ſi nanim diuiſeris in partes trecentas ſexaginta: quemadmodũ ſol diebus. ccc. lx. ſimul mundum tranſigit. eodem

modo vt ante diximus si nauis sit diuisa: z in vna parte de. ccc. l r̃ constituatur quilibet eorum. Nauis autem habet vni⁹ diei cursū: ille quidē contra nauim ire. Sed cum ea ad locum definitum pet/ uenire intelligeret̃. Non eni extra nauim est: quia rostro ad pup/ pim transit. Sed ipsa naui continet̃. Item sol cum per ipsum mū/ dum iter conficiat: z eo contineatur: videtur cōtra mundū ire: sed cum eo puenit ad occasum. Cum enim mundus trecencies z sexa/ gies se conuerterit: tunc sol iter annuum conficit.

g 4

QVoniã de Sole q̃ę visa sunt nobis vtilissima esse litteris mandauimus. Nunc de Luna dicem⁹. Et si alta conati perscribere: velut natura voluminis ad hoc loci deuenimus: ne nonnullis incaute hui⁹ rationem relinquentes: aut propter magnum laborẽ defecisse: aut inscientia superati: non valuisse persequi videamur. Nos autem nonnullorum existimationis timendę causa persequi ꝛ consuetudinis nostrę rationem demonstrasse: Sed quod alteri⁹ queri volumen hoc perlecto non voluimus: nec tam diu rem cogitatam scripto aliorũ ad desideriũ adducere. Prętercа cum reliqua omnia diligentissime persecuti fuerimus: alienuz videtur esse nos non candẽ persequi causam. Quare sicut ante diximus ad inceptum reuertemur: ꝛ necessario totidem verbis de luna ac sole dicem⁹ita. Lunam a sole per alios exortus ꝛ occasus: necesse est moueri: non stare. Idqz facilius q̃ꝑ de sole licet intelligere: neqz enim tam magnus ardor eius est vt officiat oculis nostris: neqz vt sol dies. xxx. vnoquoqz signo vehitur: vt difficile sit intellectu: quanta particula luminis: aut ipsius signi supercsse videtur: cum ad aliud transierit signum. Lunam enim cum. xij. signa diebus. xxx. percurrat: licet intelligere duobus diebus ꝛ. vj. horis. in alio signo esse. Hanc autem cum a sole lumen accipiat: ꝛ ita nobis lucere videatur: non est verisimile: de tam multis causis potius eam constare q̃ꝑ moueri. Si enim suo lumine vteretur: illud quoqz sequebatur: eam semper ęqualem esse oportere: nec die tricesimo tam exilem: aut omnino nullam videri. Cum enim totum transegerit cursum. sola autem ad aliud transire signum intelligatur. Prętерea si suo lumine vteretur: huius nunq̃ꝑ eclipsin fieri oportebat. Sed ne dubium fiat quare solis eclipsis fieri possit: qui vtriszqz lumen dare supra sit dictus. Lunę autem non facile fiat: cum alieno lumine vtatur: Eius hęc verissima: vt arbitramur: ẽ causa. Luna enim cum ex toto mundo ꝛ omnibus stellis maxime terrę proxima vi-

deatur: ꝛ ad acies nostras perueniat. Et quodam tempore torrens perueniat ad eundem locum signi quo sol vehitur: obscurare lumen eius a nostro conspectu videtur: hoc autem maxime euenit die nouissimo cum luna transierit in duodecim signa: Et cum sol ad aliud signum transire videatur: ꝛ proxima fiet illi. Quod euenire. sic etiam potest intelligi: vt si quis alicui manum planam ad oculos admouerit ꝙto magis sic fecerit: hoc minus ille videri poterit. ꝛ ꝙto longius ab eo discesserit: hoc magis illi omnia poterunt apparere. Simili ratione. cum luna ad solis locum peruenit: tunc proxima eius videtur esse: ꝛ radios eius obturare: vt lumen emittere non possit. Cum autem luna ab eo loco discesserit: tunc sol lumen eijcit: ꝛ ita ad nostra adijcit corpora. Lunę autem eclypsis sic euenit: cum prope vna dimensione sit luna cum abierit sol sub terram duntaxat hoc modo: vt per mediã terram si quid directum traiecceris contingere possit solem sub terram Lunã autẽ supra terram. Quod cum ita euenit: necesse est solis radios propter magnitudinem terrę ita esse dimissos: vt lumen eius quo luna lucet non possit ad eam peruenire: ꝛ ita existimatur fieri eclypsis lunę. Quę si suo lumine vteretur: licebat ne apparere quidẽ nunquã solem: ideo ꝙ luna nihilominus luceret. Sic nanq; accipit lumen: vt luceat cũ sol venerit per terras: sed non vt aliquem locũ conclusiorẽ totũq; spatiũ impleat lumine. Si quis nostrum steterit in eo loco: quo sol maxime lucet: reliquis partibus lumen a sole accipiens prębebit. Id in luna fieri inuenitur: Eam solis lumine accepto. lucere nonnulli existimant reuibratione. Cum dicitur sol in ariete aut in quolibet signo esse cuius supra ipsas stellas arictis iter facere. Qui autem hac ratione vtunt. longe a vera ratione errant. Nam neq; sol neq; luna proxime sidera apparent. hac etiam de causa nonnulli. vij. stellas erraticas finxerũt. adiungentes eodem sole ꝛ luna: quod cum quinque stellis ferunt/tur. Luna enim proxime terra est. Itaq; diebus. xxx: totum

mundum existímatur transíre. Id hac euenit ratione: si circulos quis intra zodiaci ambitum fecerit: eosq; sic hoc interuallo finxerit: vt terra sit in medio: et vnam a terra ad lunam mensionem fecerit: q̃ gręci. Τῶνὸν appellauerunt. hunc autem quia nõ certum spatium potuerũt dicere: tonon dixerunt. hac igitur re: q̃ breuissimo circulo deuehitur diebus. xxx. ad primum peruenit signum.

A B hoc circulo abest circulus tonon dimidium: quo loco Mercurij sidus vehitur. Itaq; die^{9}.xxx.ad alterum signum transiens: Tardius ab hoc circulo abest tonon dimidium: quo loco iter suum veneris dirigit astrum. Tardius q̄ mercurij stella conficiés cursum. Transit enim ad aliud signum diebus.xxx. Supra huius stellam solis est cursus qui ābest ab hespero: que é Veneris stella medietate toni. Itaq; cum inferioribus pariter peruolans vno anno idest duodecim. signa percurrit tricesimo die ad aliud transiens signum. Supra solem igitur et eius circulum Martis est stella: quę abest a sole tono dimidio. Itaq; dicitur diebus .lx. ad aliud signū transire. Hunc orbē supra Iouis est stella: quę abest a martis hemitonio. Itaq; vno anno ad alterum transit signū. Nouissima stella Saturni quę maximo vehitur circulo: hęc autem tono distat a Ioue. Itaq; ānis.xxx.xij. percurrit signa. Ab ipsorum tamen siderum corporibus Saturnus abest tono vno ꝛ dimidio. Hac igitur ratione potes scire neq; solē neq; lunam cōtingere stellas: ꝛ nihilominus per zodiacum circulum verti. Hinc etiam possumus intelligere: lunam minorem esse sole. Omnia quę ꝓxima sūt nobis maiore necesse est esse: q̄ quę longo discedente interuallo videmus. Igit̄ lunā videmus proxime nos esse. Neq; eni eam maiorem nostro aspectui esse q̄m solem. Illud quoq; necesse est cum sol non longe absit a luna: et a nobis maior videtur. si prope accesserit: multo maiorem futurum. Ꝑterea necesse est vt ante diximus: aut nullam stellam erraticam esse: aut solem pariter cum luna vt reliquas stellas errare. Si enim quisq̄ mihi potest demonstrare quiq; stellarum cursum et dicere: q̄ hodie quęq; coram ad aliud transeat signū: quemadmodū de sole ꝛ luna fieri videmus. ꝛ nihilominus suum efficit cursum nō est erratica. Si autem dubium est quod hodie transeat: ꝛ ad aliud signum comparatione cum luna feratur. ꝛ suum circulū dirigat: quemadmodum

ſtellę quę ſunt dubię. neceſſe eſt has quoq; errare. ſed nō euenit vt errent pręſertim cum ſuo tempore ad curſum reuertantᷣ. Igitur ne ſtellę quidē: cum certo tempore ad ſuū ſignum reuertantᷣ: poſſunt errare: niſi forte volumus accipere excuſationē quod duo corpora magna facilius poſſunt obſeruari: ꝙ̄ ſingulę ſtellę: quę non certos curſus conficientes videntᷣ apparere.

Sed ſtellas. v. nōnulli has aiūt eſſe Veneris Mercurij. Jouis: Saturni ⁊ martis. E quib⁹ eſſe maximā colore candido: nomine heſperū: ⁊ cā appellari venerē. Hęc ſtella non abeſt a ſole longius duob⁹ ſignis ſubter eius circulū collocata: ſicut ante dixim⁹.

Appārēs autē maxime noctu. sed toto mense nō plus indeficiens potest videri: Sed totus hesperus incertos efficit cursus: nō eodē tempore ad prēteritū transiens signum.

SEcunda stella est Mercurij nomine Stilbon totus acuto lumine: sed in aspectu nō magnus. Hic autē a sole non longius abest signo vno: Qui semp eosdē cursus efficiens: modo ñocte prima: modo autē ad solis exortus incipit apparere: nōnunq̄ etiam perpetuo: signis. iiij. est cum sole: rediens autē cuz sole: non amplius est q̄ tertiam partem signi.

Iouis autē ſtella nomine Phęntonta: corpore ē magnus. Figura autem ſimilis lyre. hic autem. xij. ſigna ānis totidem tranſigere exiſtimaī. ⁊ vnoquoq; anno nuſq; apparere dicitur: non minus dies. xxx. non plus. xl. Sed tunc maxime obſcuratur cū occidit cū ſole. Exoriens autē apparet ante q̄ Sol.

Solis stella nomine Phaeton: corpore est magno: colore autē igneo: similis eius stellę: quę est in humero dextro Orionis. hic per. xij. signa assidue ferri videt. nōnunq; etia cū solis ipsius sideribus apparet: modo alijs partibus adiectis circuli. Hanc stellam nonnulli saturni esse dixerunt: Redire autem ad signum annis .xxx. z quotannis non apparere Non minus dies .xxx. nec amplius .xl.

Reliquũ est nobis de Martis stella dicere: q̃ nomine Pirois appellatur. Hęc autẽ nõ magno ẽ corpe: sed figura similis est flãmę. Nõnunq̃ autẽ cũ ipsi⁹ solis sideribus concurrẽs: oĩa peruolat signa: sedens ad primum signum non longius biennio.

Quod ad. v. stellas attinet: hucusq̃ satis arbitramur dictũ. Nũc autẽ demõstrabim⁹ quib⁹ de causis mẽses intercalent̃: Quoniã tẽpus omne metimur. die z nocte. mense z anno. Quibus diem nobis diffinierunt: q̃diu sol ab exortu ad occasum peruenit:

Noctis autem ſpatiū conſtituerūt eſſe. q̄diu ſol ab occaſu: rurſum ad exortum reuertat. Lunam autē quandiu luna zodiacū circulū perducat. Annū autē volunerūt eſſe: cū ſol ab ęſtiuo circulo redit.

Τελοσ:

Jacobus Sentinus Ricinenſis Lectoribus foelicitatem

SI quis ades ſacrū cyrram conſcendere montem
Qui cupias: muſas vel coluiſſe nouem:
Scito prius q̄ ſis redimitus tempora lauro
Eſſe opus Aſtrorum cognitione tibi:
Quodq; ita ſit vatum teſtes monumenta priorum
Sunt: quibus in cunctis ſidera cuncta micant.
Agricolas alijs poſitis nam reſpice librum
Quo docuit terras vertere rite Maro:
Inuenies illic tot tempore ſępe ſereno
Quod cęlum ſpectans ſidera nocte vides.
Arma per ethmathios campos qui ſcripſit: & ille
Carmine meonio ſidera plura ſonat.
Exul quiq; fuit veneris quia tradidit artes
Inſeruit faſtis ſidera queq; ſuis.
Utq; alios taceam nullus mihi crede poeta
Eſt bonus aſtrorum cognitione carens.
Quęris vbi inuenias a quo vel diſcere poſſis
Sidera tam docti quę ccecinere viri!
Ecce opus: Jginius quo nunc quot ſidera mundus
Altus habet: tot nos ſidera noſſe docet:
Quidq; ſit inferior mundus: quid ſphęra: quid axis:
Quid centrum ſphęre: quid ſit vterq; polus:
Aurea mala ferox ſerpens qui plura puellis
Seruabat: quid ſit Arctophilaxq; ferus:

Hinc Elice quid sit: vel quam tyrus aspicit arcton
Noscere tu nunc sit quid cynosura potes.
Perseus andromedę monstro religata marino
Lunqz meduseo lurida gorgon equo
Hnosia cum fulua fuerat redimita corona
Qua prius: z magno structa sonore lyra
Engonasis cephco cum Lassiopęia magno:
Et Nemesin fallens corripiendus Olor:
Atqz Aquila: heniochus: Delphin: Deltoton: z ille
Quem cingit Serpens: atqz Sagicta simul:
Bis sex post istas cęlestia signa figuras:
Letus: z Eridanus: z Lepus: atqz Canis:
Et Procyon vates multum cantatus Orion:
Ara quoqz a magno condita sacra deo:
Argos: phyllirides medica doctissimus arte:
Hydra: via z quę nunc lactea nomen habet:
Pluraqz in hoc paruo narrantur mixta libello
Quę sunt in stellas corpora versa nouas:
Quinetiam causę cur sic mutata fuerunt
Monstrantur: faciles omnibus atqz domus.
Hunc igitur quisquis doctas coluisse sorores:
Hunc eme vel quisquis sidera nosse cupis:
Hunc lege qui latios optas vel nosse poetas:
Hunc lege vel Rhetor qui bonus esse velis:
Hunc legat omnis amans: legat hunc quicunqz labores
Sustinet: atqz illud ponere tentat onus.
Attamen ingrati ne vos possitis haberi
Quo nihil in mundo turpius esse potest:
Dicite post messem viuat per Nestoris annos
Vtile qui nobis tam bene pressit opus

Eiusdē Jacobi de sua et Johannis santritter sideralis sciencię studiosissimi in Iginium emendatione carmina ad lectorem.

Iginius vario fuerat qui sautius olim
Vulnere: cui mędicam non tulit vllus opem:
Nunc vmbras inter doctas attollere frontem
Audet in Elysijs nominc lętus agris:
Incolumis nāqz est factus: non cernitur vllum
Vulnus: ꝛ in nullo stat sibi plaga loco
Nāqz ego cum docto Santritter rite Johanne
Demimus e cunctis vulnera cuncta locis:
hic mansi t tota spectans ad sidera nocte
Poncret in proprijs vt sua signa locis:
historijs q̄tum licuit mihi siue iocosis
Fabellis: tantum iuuimus vsqz virum:
Ergo quisquis ades nostrum qui forte laborem
Perspicis: ambobus grandia fila roga

L. Johannes Lucilius helbronnensis Lectori Salutem:

hoc Augustensis ratdolt germanus Erhardus.
Dispositis signis vndiqz pressit opus.
In quo si quid erit: quod non tibi parte placebit
Ex omni: vitio non mihi quęso dabis:
Ni prius Iginij cernes monumenta virorum.
Scripta manu: vel quę pressa fuere prius:
Quę si forte voles trutina pensare modesta
Te reus in nulla iudice parte ferar:
Immo mihi ꝛ fido grates persępe Jacobo
Tu referens dices viuat vterqz diu.

Anno salutis. 1482. Pridie Idus. Octobris. Venetijs.